Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

horum feudorum Imperialium dicatur,
quod euidenter confirmatur ex d. l.
liberis in fin. ff. de liber. ca. Ubi is,
qui per Titium pro seruo possidetur,
praesumitur antea fuisse seruus, licet
non constet eum antequam Titius pos-
sidere cepisset seruum, aut pro seruo
possessum fuisse: Et sic multo magis
seruitus realis ex praesenti in praeteri-
tum legitime praesumi debet, cum longe
grauior ac durior fuerit ista persona-
lis seruitus, adeoque multis modis odio-
sior, realis seruitute, cuius quidem simili-
tudinem tantum feudum obtinet.

Nec dici potest, ideo facilius praesumi
personalem, quam realem seruitutem
ex praesenti in praeteritum, qui a homo pos-
sit seruus nasci, ut scribit Vesenb.
d. cons. 4. n. 5. & Ferrar. quem ibid.
citat. Nam res etiam in seruitute,
hoc est, qualitate feudali quodammo-
do nasci potest, uelut, si quam primum
vectigal aliquod constituatur, simul
etiam eodem [~~consilio~~], in feudum con-
cedatur, & ~~iam~~ ita ante feudalem con-
cessionem

[monumento